Fragmentarium

tis ad crimen hortari; Que niſi uocem emiſiſſem . & famule mee
preſentie fuiſſem liberata ſolatio: more barbarico libidinoſe me ab
uti uellet. Audienſ hec prefectus nimio furore excandeſcit. & iubet
ſtatim ad locum monaſterii deſtinari. qui beatam eugeniam que
in uirili habitu monaſterium regebat uinctam ferro. cum omnib;
ſecum commorantib; monachis adducerent. Deponuntur itaq; omnes
in uinclis. Et quia uniuerſos carceris locus capere non poterat.
per diuerſaſ cuſtodiaſ deputantur. Poſt hec ſtatuitur dieſ eorum fune
rum. in quo alii ad beſtiaſ. alii ad ignes. alii ad ſupplicia diuerſa
dampnarentur. Fit rumor inmanis. impudenſ quoq; fama cunctam
pene egyptum peragrat. Omnes credunt. omneſ ea condempnant. Omnib;
ueri ſimile uidetur. Melantiam illuſtrem feminam mentiri non
poſſe. Quid multa. Aduentum uenit dies funerum conſtitutus.
in quo uniuerſe ciuitateſ in uicino poſite conueniunt. ut uide
rent ferarum morſib; tradi corruptores. Introducuntur onerata ca
tenis & collarib; ferreis beata eugenia. & nullo agnoſcente quod
femina eet. clamor populi diuerſis ſententiis perſtrepebat. Tunc
iubetur adduci propinquus. ut non per internuncios eam prefectus au
diret. ſ; ex ore ei cognoſceret ueritatem. Aptantur dehinc equu
lei. uerbera. ferre. flamme. tortoreſ. & cetera que ſolent abſcondita cor
dium extorquere preparantur. Tunc prefectus philippus dixit;
Dic ſceleratiſſime omnium xpianorum. hoc uobis xpc dedit inman
datis. ut operam corruptionib; detis. & pudorem atq; uerecundiam
matronalem fraudulenta aſtutia capiatis. Dic nunc furcifer
que temeritas compulit. ut illuſtrem feminam melantiam appe
tens. & ingreſſuſ ſub ſpetie medici. caſtitatem generoſiſſimam
ad lupanarem ignominiam prouocares. Audiens hec beata eugenia.
capite demiſſo ne poſſet agnoſci. taliter dedit prefecto reſponſum;
Dnſ meuſ ihc xpc cui ſeruio caſtitatem docuit. & integritatem cor
poris cuſtodientib; uitam promittit eternam. Hanc autem melan
tiam falſam teſtem nunc poſſum declarare. ſ; meliuſ eſt ut nos pati
amur mala. quam illa dum conuicta fuerit aliquid patiatur. &

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 21v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/36963)